JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 229r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



quia tunc vero valet eius dictum sive in criminali sive in civili causa. Si vero sit emendatus per penitentiam de crimine nec eum sequitur infamia iuris hoc probato admittitur in civili causa et etiam cum de crimine civiliter agitur de pe. di. i. agite nisi esset tale quod infamiam irrogaret ut no. in q. vii. § porro. Probabit autem hoc per sacerdotem cui confessus est de sy. neo. l. di. in capite ii. q. i. Si peccaverit in fi. Et hoc vero crimine manifestum est. Nam in occultis sine probatione presumo eum penituisse et sue salutis memorem esse i. q. vii. sancti. Et pocius presumitur in dextram quam in sinistram de v. sig. c. ii. de presump. c. fi. Et sufficit ad hoc quis opinio ff. de of. presi. l. barbarius. Si autem agitur criminaliter sive sit manifestum sive occultum repellitur sive de crimine convictus existit sive confessus existat vel si nunc per exceptionem repellitur. Vel si ex hoc facto eius opinio sit gravata aut si ei probare potest licet egerit penitentiam. Hec omnia probantur de testi. c. testium

i ca. civili

i ca. criminali